AUGUSTINUS
Italien, Wende 11./12. Jh. Seite 40r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1547
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift





non apparet. Itaq; licuit uani
tati phylosophorum. etiam causis
aliis ea tribuere. uel ueris sed pro
ximis. cum omino uidere non possent
superiorem ceteris omnibus causam.
id est uoluntatem dni. uel fassis.
Et ne ab ipsa quidem per uestiga
tione corporalium rerum atq; mo
tionum. sed a sua suspitione ter
rore prolatis. dicam si potero
quid dicam exempli gratia. quo hec
apertiora sint. Est certe in corpore
humano quedam moles carnis.
et forme species. et ordo distinc
tioq; membrorum. et temperatio
ualitudinis. hoc corpus in
spirat. anima regit. eademq;
rationalis. Et ideo quamuis mu
tabilis. tamen que possit illius
incommutabilis sapientie particeps
esse. ut sit participatio eius in
dipsum. Sicut in psalmo scrip
tum est. de omnibus scientiis. Ex quibus
tanquam lapidibus uiuis. edifi
catur illa ierusalem mater nostra
eterna in celis. Ita enim canitur.
Ierusalem que edificatur ut ciuitas.
cuius participatio eius in idip
sum. Id ipsum quippe hoc loco.
illud summum. et incommutabile
bonum intellegitur quod deus est.
atq; sapientia uoluntasq; ip
sius cui cantatur alio loco. mu
tabilis ea et mutabuntur. Tu autem
idem ipse es. Constituamus ergo
animum talem sapientem. cuius anima
rationalis iam sit particeps incom
mutabilis eternaq; ueritatis quam
de omnibus suis actionibus consulat.
nec aliquid omino faciat. quod
non ea cognouerit esse faciendum
ut ei subditur eiq; obtemperans
recte faciat. Iste si consulta summa
ratione diuine iustitie quam
in secreto audiret aure cordis
sui eaq; sibi iubente in aliquo
officio mutare corpus labore fati
garet. egritudinemq; contra
heret. constitutisq; medicis ab
alio diceretur causam morbi
esse corporis siccitatem. Ab alio autem
humoris inmoderationem. Unus
eorum ueram causam diceret. alter
erraret. uterq; tamen de proximis
causis id corporalibus pronunti
aret. At si illius siccitatis causa
quereretur et inueniretur uo
luntarius labor. iam uentum esset
ad superiorem causam. que ab
anima proficisceretur ad affi
ciendum corpus quod regit. sic
nec ipsa prima esset. Illa enim
procul dubio superior erat.
in ipsa incommutabili sapientia.
cui hominis sapientis anima
in caritate seruiens. et effabilitate